



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae**

**Zanchi, Lelio**

**Veronae, M. D. LXXXVI.**

Centesimum Trigesimum Primum Priuilegium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](#)

## Centesimum Trigesimum Primum Priuilegium.



1 C<sup>EL</sup>ESIA gaudet priuilegio, quod. † San-  
ctorum reliquiæ vendi non possunt, vel pa-  
sim ostendi non debent, ne circa illas popu-  
lus decipiatur. Quidam exponebant reliquias  
sanctorum venales, & eas indiferenter osten-  
debāt, propter quod s<sup>x</sup>p<sup>e</sup> detrahitur Christia-  
næ religioni, vnde statuit concilium, vt antiquæ reliquiæ, de-  
cetero extra capsam nullatenus extrahantur, nec exponan-  
tur venales. † Inuentas de nouo nullus venerari præsumat,  
2 nisi prius, à sede Apostolica fuerint approbat, nec prælati  
Ecclesiæ permittat aliquos decipi huiusmodi falsis sigmen-  
tis, sicut in plerisque locis, occasione quæstus, fieri consuevit,  
cap. 2. de reliquijs, & vener. sanc. Ratio fuit ne populus de-  
3 fraudetur ob quæstum prælatorum, vnde. † Hic considera,  
quod non licet aliquem colere, pro sancto, etiam si in vita fe-  
cisset miracula, sine auctoritate Summi Pontificis, & hoc in-  
telligendum, quando quis publice, vult aliquem venerari,  
secus autem si in occulto quis emittit preces apud eū, quem  
credit sanctum, vt probatur in gl. in cap. 1. de reliq. & ven.  
4 sanc. lib. 6. Quare autem. † Miracula non sufficiunt, vt ali-  
quis veneretur pro sancto, dic quod quandoque per malos  
5 etiam fiunt miracula, multi enim faciunt ex arte magica. † Ut  
fecit Simon Magus, multi ex spiritu prophetiæ, eis à Deo tri-  
buto, exemplum de Saul, qui prophetauit dum persequere-  
6 tur Dauid, alij propter fidem, quā habent sine charitate, iuxta  
illud Euangelij. † Et si tantam fidem habeam, vt montes  
transferam, charitatem autem non, nihil mihi prodest, &  
7 aduertè, quod. † Corpora sanctorum nemo præsumat tran-  
ferre sine licentia principis, vel Episcopi, c. corpora de con-  
8 secr. dist. 1. vbi dicit gl. Quod, † per Principem intelligitur  
9 Papa, & hoc verum. † Si corpora tradita sunt perpetue se-  
pulture, alias sine auctoritate alicuius possunt transferri, se-  
cundum gl. ibi idem videtur de ossibus aliorum fidelium. ff.  
de religios. & sump. fun. l. Ossa, nec est omittendum, quod  
reliquiæ de nouo iuuente non sunt venerandæ, in publico sine  
auctoritate sedis Apostolicæ, & gl. in d. cap. 2. Intelligenda de

B bb 3 omni-

omnino nouis securis si essent reliquias sanctorum approbatum, sed dictum gl. & Doc. potest procedere quando certum, quod sunt reliquiae sancti canonizati, sed ubi oritur aliqua dubitatio, tunc habet locum tex. allegatus, ut non venerentur publice sine auctoritate Papæ, unde proprie loquitur, quando dicitur, quod sunt reliquiae sancti canonizati, siue apropabatis sed de hoc non habetur clara certitudo, alias enim nihil aderet ad capitum. i. eod. tit. Causant igitur illi, qui causa quæstus decipiunt populum fingendo reliquias, ubi non sunt, ex his habes, quod non licet aliquem venerari pro sancto, sine licentia Papæ.

## S V M M A R I U M.

- 1 Clerici, & Monachi, à negocijs secularibus, qui sunt in nu. 24. abstinere debent.
- 2 Militans Deo nemo debet negocijs secularibus, immiscere, excepta defensione orphanorum, aut viduarum.
- 3 Clericus non debet emere rem, ut eam integrum, pro maiori precio, vendat.
- 4 Negociatio in se est licita, ex causa quandoque efficitur inhonestia, & iniusta.  
Puta propter cupiditatem.  
Item ex tempore, qui à die feriata.  
Item ex loco, quia in Ecclesia.  
Item ex persona, quia sunt clerici, & eis non licet.  
Item ex re, quia non licet negotiari.
- 5 Clerico negotiari licet in veneno, quia admixtum potest esse vsui, in medicinis, vel etiam purum pro feris occidentis.
- 6 Dei opus est quod nascitur, Diaboli quod mutatur.
- 7 Mulieres si se ornant, ut viris suis placent admittitur, securis si aliorum oculos ad se trahant mortale peccatum comittunt.
- 8 Clerici non debent administrare negotia laicorum.
- 9 Clerici etiam si non sint sacerdotes non debent esse famuli laicorum.
- 10 Clericus si esset Generalis procurator laicorum, vel deponendus, excommunicandus esset, nec potest esse officialis alicuius Principis.
- 11 Religiosus grauius punitur delinquendo, quam laicus, quando facit aliquid, nam religiosus tamquam in statu perfectionis non solum à veritate, sed etiam a quibus non licitis debet abstinere.
- 12 Injustus non collidetur si peccauerit, quia Dominus supponit matrem suam.

Cente-